



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Enchiridion Sev Manuale Episcoporum Pro Decretis in
Visitatione, & Synodo, de quacumque re condendis.**

Gavanti, Bartolommeo

Venetiis, 1650

Monialium ecclesiae.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9534

- cui lineus pannus nigri coloris, ligneis tabelis affixus, instar fenestree, quae aperiri possit, cum erit colloquendum, apponatur. *ibid.*
- 16 Lamina sit perforata exiguis foraminibus, & in ea fieri potest quadrata fenestellula, cuius clavis sit apud Praefectam, neque aperienda erit, nisi Episcopo, vel Superioribus Ordinibus, aut parentibus, & sanguine coniunctis Monialium, aut Notario instrumentum confecturo, vel concionatori. *ibid.*
 - 17 Clavis ostii exterioris colloquutorii committatur confessorio, vel pio viro, qui noctu, & certis diebus inuigilent, ne colloquutioni sit aditus. Prou. 6.
 - 18 Dormitionis locus sit vnus, clauē noctu apud Praefectam retenta. Prou. 1. & 4.
 - 19 Duo alia monasterii loca sint communia pro vestibus Monialium, & pro labore manuum. Prou. 4.
 - 20 Caminus priuatis cellis ne permittatur, & vbi est, obstruatur. *ibid.*
 - 21 Horti in angustiores fines concludantur. *ibid.*
 - 22 Ea sit clausura monasterii, vt Monialibus ab externorum hominum aspectu, & auditu liberis securē per monasterium ambulare liceat. Prou. 1.
 - 23 Aedes proximae ne locentur famosis mulieribus. *ibid.*
 - 24 Neque in ea loca migrent Regulares viri, neue areas Monialibus proximas emant, vnde Monialium aspectus fieri possit. *ibid.*
 - 25 Quae sunt extra moenia vrbis, si ita videbitur expedire, trasferantur intra urbem. Trid. *sess.* 25. *cap.* 5. *de Regular.*
V. *Monialium cura spiritualis.* nu. 21. 26.
V. *visitatio Episcopi* num. 27.

Monialium Ecclesie.

- 1 NE detur ostium, per quod ex monasterio sit aditus ad exteriorē Ecclesiam. Greg. XIII. Ann. 1573.
- 2 Sanctissimum Sacramentum in publica tantum earum Ecclesia teneatur. Trid. *sess.* 25. *cap.* 10.
- 3 Ante illud luceat lampas in Ecclesia interiori & altera in exteriori, quando fores patent. Prou. 1.
- 4 Fenestra, qua sanctissimae Eucharistiae

elevatio prospicitur, altius ne pateat cubitis duobus, & vncis duodecim; late vero vt Altaris altitudo. Prou. 4.

- 5 Ea perpetuo panno lineo tecta sit, qui tantummodo amoueat, quando eleuatur Sacramentum, neq; sacerdos ex altari videre possit Moniales. Prou. 1.
- 6 Fenestella pro comunione Monialium ita alta sit, vt Sacerdos commodē ministret stans, non genuflexus. Prou. 4.
- 7 Eiusdem clavis perpetuo sit apud confessorium. Congr. Episcop. 12. Ianuar. 1694.
- 8 Pro Sacris Reliquiis fenestella construatur in pariete exteriori cum tribus clauibus, vna penes Episcopum, altera apud confessorium, tertia apud Praefectam. Prou. 4.
- 9 Organum ne constituatur, nisi locus, in quo apte locetur, superioris iudicio ante probetur. Prouinc. 1.
- 10 Prohibentur alia instrumenta musica praeter harpicordium, quod addiscendam organi artem adhibetur. *ibid.*
- 11 Praeter Mifsam nihil ab aliis canatur. *ibid.*
- 12 Ne permittatur in Ecclesiis Monialium cantus simplex, vel figuratus a personis saecularibus, Cong. Episc. Anno 1593.
- 13 Si viget consuetudo sepeliendi Moniales in Ecclesia exteriori, permittatur. ead. 20. Septemb. 1594.
- 14 In sepultura Monialium, quae clausuram est, ne sepeliantur extranei. ead. 1. Martii 1585.
- 15 Ne instituat ibi Confraternitas laicorum. eadem 6. Nouemb. 1595.
V. *Oratio publica.* num. 13.

Monialium clausura.

- 1 CLAUSURA perpetua decernitur à Pio V. Anno 1566.
- 2 Votum clausurae venit sub voto obedientiae. Congr. Episc. 19. April. 1619.
- 3 Episcopi procurent clausuram sanctimonialium: inobedientes, & contradictores, compefcant per censuras, & poenas. Trideut. *sess.* 25. *cap.* 5.
- 4 Nemini sanctimonialium post professionem liceat exire, etiam ad breue tempus, quocumque praetextu, nisi ex